

PREFACE FOR CHRISTMAS

VERE dignum et justum est, æquum et salutäre, nos tibi semper, et ubique grätias agere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Quia per incarnáti Verbi mystérium, nova mentis nostræ óculis lux tuæ claritátis infúlsit: ut dum visibíliter Deum cognóscimus, per hunc in invisibílium amórem rapíamur. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominationíbus, cumque omni militía cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes:

IT is truly meet and just, right and availing unto salvation that we should at all times and in all places give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty and everlasting God. Because by the mystery of the Word made flesh the light of Thy glory hath shone anew upon the eyes of our mind: that while we acknowledge Him to be God seen by men, we may be drawn by Him to the love of things unseen. And therefore with angels and archangels, with thrones and dominions, and with all the heavenly hosts, we sing a hymn to Thy glory, saying without ceasing:

COMMUNION: PS. 85. 9-10

Omnes gentes, quascúmque fecísti, vénient, et adorábunt coram te, Dómine, et glorificábunt nomen tuum: quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília: tu es Deus solus. (*Out of Septuagesima:*) Alleluia.

All the nations Thou hast made shall come and adore before Thee, O Lord, and they shall glorify Thy Name: for Thou art great, and dost wonderful things: Thou art God alone. (*Out of Septuagesima:*) Alleluia.

POSTCOMMUNION

Omnípotens ætérne Deus, qui creásti et redemísti nos, respice propítius vota nostra: et sacrificium salutáris hóstiæ, quod in honórem nóminis Fílii tui, Dómini nostri Jesu Christi, majestáti tuæ obtúlimus, plácido et benígno vultu suscipere dignéris; ut grátia tua nobis infúsa, sub glorióso nómine Jesu, ætérnæ prædestinaciónis título gaudeámus nómina nostra scripta esse in cælis. Per eumdem Dóminum.

Almighty and everlasting God, who hast created and redeemed us, graciously be mindful of our prayers, and vouchsafe to accept with a benign and favourable countenance the sacrifice of the saving victim which we have offered to Thy majesty, in honour of the Name of Thy Son, our Lord Jesus Christ; that, through the infusion of Thy grace in us, we may rejoice to see our names written in heaven under the glorious Name of Jesus, as a pledge of eternal predestination. Through the same our Lord.

Proper Prayers of the Mass

Feast of the Holy Name of Jesus

Provided Courtesy of Una Voce Orange County



*In the Name of Jesus let every knee bow, of those that are in heaven (angels), on earth (men), and under the earth (devils).*

INTROIT: PHIL. 2. 10-11

IN nómine Jesu omne genu flectátur, cæléstium, terréstrium, et infernórum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris. (*T. P. Alleluia, alleluia.*) *Ps. 8.2.* Dómine Dóminus noster: quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra! *V. Glória.*

IN the Name of Jesus let every knee bow, of those that are in heaven, on earth, and under the earth: and let every tongue confess that the Lord Jesus Christ is in the glory of God the Father. (*P. T. Alleluia, alleluia.*) *Ps.* O Lord our Lord: how admirable is Thy Name in the whole earth! *V. Glory be.*

COLLECT

Deus, qui unigénitum Fílium tuum constituísti húmáni géneris Salvatórem, et Jesum vocári jussísti: concéde propítius; ut, cujus sanctum nomen venerámur in terris, ejus quoque aspéctu perfruámur in cælis. Per eumdem Dóminum.

O God, who didst appoint Thine only-begotten Son to be the Saviour of mankind, and didst bid that He should be called Jesus; mercifully grant that we, who venerate His holy Name on earth, may also enjoy the vision of Him in heaven. Through the same Lord.